



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae Domini

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Responsio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

## SCHOLIA.

(A) CONTRARIAS sententias.) Pium consilium: Vt tranquillæ sint Ecclesiæ, vigeat error: Taceat, aut profligetur etiam Christus.

(B) ALIARVM gentium Ecclesijs.) In quibus scit multos esse Cingianos.

(C) CONSENTIENS forma.) Hoc agitur scz., vt noua conscribatur forma conueniens omnibus, concinnans & inuoluens errores: Vetus forma, Confessio Augustana & articuli Schmalcaldici vel aboleantur, vel corrigantur, vel nouam accipiant interpretationem. Ecquid placet noster Philippus?

(D) MODERATIS consilij.) Secundum hominem, non secundum Christum.

## RESPONSIO.

**N**ON difficile, sed periculosum (E) est respondere. Dicam tamen quæ nunc de controuersia illius loci (F) monere possum, & oro filium Dei, vt & consilia, & euentus (G) gubernet. Non dubium est de controuersia Cœnæ, ingentia certamina & bella (H) in toto orbe terrarum secutura esse, quia mundus dat pœnas idolatriæ, & aliorum peccatorum. Ideo petamus, vt filius Dei nos doceat & gubernet.

A ; SCHO-